1515º in Junio fortasse

92

Sigismundus Primus Rex Poloniæ Elisabethæ Reginulæ Sorori Suæ —

Illrmæ Princeps, et Domina Germa-
-na Nostra Charissima —

Misimus hunc nostrum Cubicularium ad visendam Serenmæ Consortis Nostræ Dominæ Reginæ et vestræ Illrmæ Dominationis sani-
-tatem. Rogamusque ut per eum nobis ve-
-stra Illrma Dominatio quomodo valeat si-
-gnificare velit. Nos hic Deo benè favente rectè valemus. Negotia magna, et difficilia agenda sumpsimus, in quibus jam aliquid la-
-boravimus. Distulimus tamen multa in ad-
-ventum Imperialis Mttis, quam ad nos ven-
-turam speramus. Interim tamen hic mane-
-bimus, spem firmam habentes, quod omnia pro voto nostro transigemus. Voluimus autem Illrmæ Dominationi Vestræ id perscribere, ut sciat, quare tam longo tempore, hic nobis ma-
-nendum existimemus. Valere fœlicissimè Vestram Illrmam Dominationem desideramus, quæ cum Regi-
-nali Mte hanc nostram hic moram æquo animo fer-
-re velit. - Datum Posonij — 1515.